

375.

Die Grafen Otto und Dietrich von Brehna bestätigen dem Kloster Dobrilugk eine Anzahl Güter, welche dem Kloster sein Vater und andere seiner Vorfahren geschenkt hatten oder die aus den Händen der Lehnleute erworben wurden.

Loeben, 1226.

Hdschr.: Or. Perg. Gem. Ernest. Archiv Weimar Oo 701 No. 8. Das grüne, oben etwas beschädigte S., an rothen 5 und gelben Seidenfäden, = Taf. X. 2. Phot. II. St. A.

Gedr.: Ludewig, Reliquiae 1,36.

Ann.: Dobrilugker Handl. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 17.

!In nomine sancte et individue trinitatis. Otto et Theodericus dei gratia comites de Bren omnibus in perpetuum. | Cum a nobis, quod iustum est, petitur ipsa petitionis 10 honestas et ordo exigit rationis, ut id per studium nostrum ad debitum perducamus effectum, capropter | notum esse volumus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod nos ad petitionem dilecti nobis in Christo domini Alberti venerabilis abbatis | in Doberluch predia, que ecclesia Doberlucensis ab antecessoribus nostris sive a patre nostro per donationem obtinuit sive comparavit ab eisdem vel a quoquam alio, 15 qui de manu ipsorum feodali iure obtinebat, ipsi ecclesie et conventui eiusdem presentium auctoritate in perpetuum confirmamus. Specialiter autem villas Friderichdorf cum pertinenciis suis, Cameniz cum pertinentiis suis, quas a patre nostro rebus suis comparaverunt nec non et Valkenberch cum pertinenciis suis, quam a Iohanne de Grodiz de permissione et voluntate domni Theoderici pie memorie dilecti consanguinei nostri 20 marchionis Misnensis et patris nostri pecunia sue ecclesie redemerunt, quam etiam idem marchio et pater noster monasterio in Doberluch liberaliter contulerunt. Predium etiam, quod vendidit ipsi Doberlucensi ecclesie Wilhemus et frater eius Hermannus de Reno, quod vulgariter Windeschemarke appellatur, quod ad instantiam et petitionem dilecti domni nostri et venerabilis in Christo patris Alberti Magdeburgensis archiepiscopi dicte 25 ecclesie cum pertinenciis suis omnibus contulimus liberaliter et gratanter et omni utilitate, que nec predictis villis et bonis inest vel inesse in posterum poterit in perpetuum ullo modo, hoc est silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, molis et molendinis, piscationibus et venationibus et in omni utilitate apum, cum vindicta sanguinis et sententia capitali cum omni libertate et utilitate, sicut eas pater noster in sua habuit potestate, ita nos 30 ipsas supra dicte Doberlucensi ecclesie presentis scripti testimonio confirmamus. Medietatem preterea vinee in Zlaboresdorf et totam vineam in Belgora, quas ex donatione patris nostri et marchionisse Misnensis habet ecclesia memorata. Nec non et xii mansos in Cucugesdorf et vii et dimidium in Munichesdorf presentium auctoritate sepe fate ecclesie cum omni utilitate, sicut predictum est, duximus in perpetuum confirmanda. Ut autem 35 sepe dictam Doberlucensem ecclesiam sive conventum eiusdem in villis prenominate et bonis seu in iuribus eorundem nemo umquam aggravet vel molestet seu etiam presumat aliquatenus perturbare, hanc scedulam inde conscribi et sigilli nostri impressione iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Reverendus pater et dominus noster Magdeburgensis archiepiscopus. Henricus prepositus de Mildense. Martinus plebanus de Mölenberch. 40